

quod non habendo respectum ad nostram aliquam grauitatem, set solum ad augmentum fidei intendentes et exterminium perfidorum, quod sicut possumus affectamus, offerimus in hoc sancto opere ponere nostris expensis galeas decem armatas cum hominibus ducentis pro qualibet pro mensibus octo. Et ultra hoc offerimus prestare expensas tantum aliorum, quibus apostolice sanctitati placuerit ordinare usserios duodecim pro equitibus et equis ueliendis et tot nauigia, quot possint portare uictualia et alia necessaria pro omnibus equitibus gente et equis predictis expensas aliorum ut superius continetur. Et committantur hec omnia nostris ambaxatoribus ituris ad curiam, qui exponant ea domino Pape ut supra continetur factis predictis uel eorum aliquo ab ipso fuerint requisiti. 45 50

Non sincere 8 non 6 omnes alij de parte.

28

F^o 46^r N^o 352. Νά συστηθῇ εἰς τὸν Πάπαν ὑπὸ τῶν πρεσβευτῶν, οἱ ὅποιοι πρόκειται νὰ μεταβῶσι παρ' αὐτῶ, ἡ ὑπόθεσις τοῦ υἱοῦ τοῦ Βλασίου Τζένου δονζὸς τῆς Κρήτης ἐκλεγέντος πριμικηρίου Χάνδακος. 1333, Δεκεμβρίου 27.

29

Ἐγραψαν οἱ ρέκτορες ὅτι εὐγενῶν τινων Ἑλλήνων Καλλεργῶν καὶ ἄλλων οἱ συγγενεῖς καὶ τὰ κτήματα περιέπεσαν εἰς χεῖρας τῶν ἐπαναστατῶν καὶ ὅτι ταῦτα ὑπέστησαν, διότι ὑπῆρξαν ἀνέκαθεν πιστοὶ εἰς τοὺς Βενετούς. Ἐπειδὴ ἡ Γερουσία δὲν εἶναι ἐν γνώσει τοῦ ζητήματος, νὰ πληροφορήσωσιν οἱ ρέκτορες ἐν λεπτομερείᾳ. 1334, Ἰανουαρίου 4.

F^o 47^r N^o 354. Millesimo trecentesimo XXXIII, die IIII Januarij.

Capta. Cum nostri rectores insule Crete alias et nunc scripserint nobis de certis nobilibus Grecis Kalergi scilicet et alijs, qui suis familijs et bonis in manu rebellium derelictis, in fidelitatis nostre obseruantia constantes fuerunt, propter quod sunt plurimum damnificati, rescribatur eisdem rectoribus, quod cum de sinistris ipsorum fidelium nostrorum, nequaquam informati simus, uolumus quod condicionem et esse dicti facti, et suum apparere nobis debeant per suas litteras denotare. 43. 5

Ser Johannes Fuscarenus uult uerba prima partis predictae, et primo die dicatur rescribatur eisdem rectoribus, quod nos circa huius modi damnificatorum indemnitate, in quantum decenter fieri poterit, intendentes, uolumus cum de quantitate et qualitate eorundem damnorum, nequaquam simus informati, quod ipsi nostri rectores debeant superinde examinationem facere, ut eis uidebitur, et nobis illa et suum consilium, silicet de quanto et qualiter eis prouideri posset per suas litteras debeant denotare ut ipsa habita per nos et recepta eorum informatione, ualeamus ad id ut fuerit conueniens facere prouideri. 10 15

21 non — non sinceri 3.

